



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. VI. Quomodo puniantur raptores bonorum de jure Canonico?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

raptoris potestatem, illum in virum habere liberè consenserit. Ex quibus verbis colligitur, quòd raptus, qui sit invitâ abductâ, sit impedimentum dirimens matrimonium inter raptorem & taliter raptam, etiam si hæc in raptoris potestate adhuc existens liberè in eum consentiat; sânt quidem & aliæ pænæ ab hoc Concil. Tridentino l. cit. in raptores, vel qui auxilium &c. raptoribus præbent, statutz, excommunicatio scil. perpetua infamia, incapacitas ad dignitates, obligatio dotandi raptam, etiam si cum ea contraxerit matrimonium &c. debeat tamen rigidè raptus intelligi ad pœnas illas incurrendas, & non incurraatur, si volens puella, sive post sponsalia de futuro abducta fuit, aut si abducta tantùm fuit ignorantibus parentibus v. g. cum in neutro casu violentia intervenerit, quæ tamen ad raptum propriè dictum requiritur.

§. V.

De rapina & raptoribus bonorum, eorumque pœnis jure Civili statutis.

Rapina propriè loquendo dicitur, injusta rei alienæ mobilis per vim ablatio. Distinguitur à furto rapina in ratione injuriæ, quantum furto propriè dicto superaddit violentiam. Pœnæ autem in rerum talium raptores de jure civili plures statuuntur, quæ apud Civilistas videri possunt, cum illarum præcis varia sit, & propè in pœnas arbitrarías abiverint.



§. VI.

Quomodo puniantur raptores bonorum de jure Canonico.

Plura quidem extant capitula, quæ de pœnis his statuunt. Sic in c. illis r. h. t. statuitur in eos ferenda communicatio, ab eo etiam Episcopo, ubi rapinas exercent, proprio deinde Episcopo illius raptoris significando, ut ad locum, ubi rapinas fecerunt, redire cogantur, & satisfacere. In c. super eo 2. h. t. statuitur, ut raptoribus & Ecclesiarum violatoribus penitentia denegetur, nisi prius ablati restituerint, si tamen possint restitutionem facere, ita tamen ut sepe sufficienter restituissent, & plenam securitatem emendandi præstituisse, & in articulo mortis, quamvis ad hunc usque articulum contumaciter sua malitia perstiterit, penitentia ei negari non debeat, si humiliter eam petiverit, nec sepultura Ecclesiastica, abstinuerit, vel certè emendandi securitatem præstiterit, &c. Vide quæ de hoc ipso capitulo plura adhuc habet, in c. de c. communicationi. h. t. editi. Metho. cum horum capitulorum hæc non sit usus vel saltem valdè cum & magis moderatus iuxta billam Casus Domini, &c.

§. VII.

De potestate, quam habent Prælati Ecclesiastici judicandi de raptu & aliis criminibus, eisque puniendi.

Quòd possint Prælati Ecclesiastici laicos criminosos punire, et vi delere.